



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

Persecutio Traiani imperatoris. Cap. .II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

HAYMO DE CHRISTIA.  
PERSECUTIO TRAIANI IM-  
peratoris. Cap. II.

**S**ed & Traianus imperator aduersum Christia nos maximam mouit persecutionem, sub quo Symon Hierosolymorum episcopus, accusantibus haereticis per dies aliquot afflictus supplicijs, ad ultimum crucifigitur, admirante ipso iudice, quod senex c. & xx. annorum crucis patibulum pertulisset. Tunc persecutionum pondere vrgetur ecclesia. Tunc multa martyrum milia iugulantur, quibus Plinius Secundus preses motus, scribens ad imperatorem pro nostris deprecatur, asserens nullum in eis crimen, nisi quod antelucanos hymnos CHRISTO cuidam canerent deo.

EGESIPPVS DE MARTYRIO  
Symonis Hierosolymitanis  
Episcopi.

Cap. III.

**I**gitur Symone per martyrium resoluto, Iustus quidam suscepit eius episcopatum. Tunc urbis Romae pontifex Clemens nouem annis sacerdotio funetus, Euaristo reliquit papatus ministerium.

DE IGNATIO FORTI ATHLE-  
ta. Caput IIII.

**T**unc etiam Ignatius post Petrum secunda successione Antiochenus episcopus, de Syriae partibus ad urbem Romanam transmittitur, & pro confessione Christi, ejscitur ad bestias. Qui athleta Christi fortissimus in quadam epistola sua, quam ad Romanos scribit, id etiam deprecatur, ne velint cum spe mar-